

P R A E F A T I O.



Vòd videam nonnullos in Philosophia naturali, quæ nūc ab innumeris annis tractari cōsuevit, peritissimos, ex laboriosissimo suo studio nihil aliud reportasse, quàm de rebus naturalibus ingentē differendī copiam: eòsq; vel minimum opus, quod iotam vix referat, oculariter demonstrare posse, me summopere mouit, quandam vtiliorem & reipublicæ magis necessariam, ab antiquissimis olim traditam philosophis, at propter aliquorum inuidiam & ambitionem oppressam, recensere. Id ipsum & a ñ multi facere conati sunt ante me: verū quia fortassis obscuriūs artem hanc tractarunt, quàm ferrent studiosorum his non asuetorum ingenia, parum apud paucissimos nihilq; penitus in reliquis profuit eorum labor: qui tamen exactissimus fuit, summæq; perfectionis. Hinc fit, vt ego rem ipsam, in qua virorum

A iij artem